



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

V. Die Markgrafen Otto, Konrad, Johann und Otto vereignen dem Kloster Marienwalde das ihm vom Hasso, Zules und Ludolph von Wedel geschenkte Dorf Neuplauen, am 3. Februar 1296.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

dere ac licite retinere, diocefani loci vel cuiuslibet alterius licentia super hoc minime requisita, Reservata tamen de fructibus redditibus et proventibus ipsius ecclesie pro perpetuo vicario inibi domino perpetuo seruitore, qui curam parochianorum dicte ecclesie gerere debeat, congrua portione, de qua idem vicarius possit congrue sustentari, spiritualia iura soluere et alia incumbencia sibi onera supportare. Non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales uel generales apostolice Sedis uel legatorum eius litteras impetrauerint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum uel alias quomodolibet fit processum, quas quidem litteras et processus habitos uel habendos per easdem ad prefatam ecclesiam uolumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad affectationem beneficiorum aliorum preiudicium generari, et quibuslibet priuilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis specialibus uel generalibus quorumcumque tenorum existant, per que presentibus non expressa uel non totaliter inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum facienda esset in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre unionis, annexionis, incorporationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome, apud Sanctum petrum, X. Kal. Nouembris, pontificatus nostri Anno Primo.

Nach von Dreger's Abschrift des Originales.

V. Die Markgrafen Otto, Konrad, Johann und Otto vereignen dem Kloster Marienwalde das ihm von Hasso, Zules und Ludolph von Wedel geschenkte Dorf Neuplauen, am 3. Februar 1296.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus Seniores, Johannes et Otto Juniores, dei gracia Brandenburgenses et de Landisberg Marchiones, salutem omnibus in perpetuum. Cum uiri religiosi cuiuscunque ordinis sancta uoluntatique proprie renunciacione sub obediencia creatori nostro elegerint famulari, Ne in ipsis spiritualia temporalibus digniora ob defectum temporalium rerum succumbant, pium ac salubre uidetur ipsis in temporalibus ac uite necessariis providere, ne dum externus per seculares sollicitudines conquirere si necessaria uite laborent iterum a religionis suscepta nec non solita contemplacione abstineant et tempefcant. Cum itaque in Christo nobis dilecti uenerabiles uiri Johannes abbas aliique fratres seu conuentus monasterii nemoris sancte marie, ordinis Cisterciensis, nec non Diocesis Caminensis, sub nostre dicionis sunt positi propriisque nequeant facultatibus sustentari, Nos ob diuine remuneracionis intuitu eorundem inopie condolentes ipsis proprietatem uille Nyen plawen uocate, necnon sexaginta et quatuor mansorum ibidem sitorum, utpote fideles nostri milites Hasso, Czulis et Ludolphus fratres de Wedele

liberaliter erogarunt, eisdem donauimus et damus per presentes uillam predictam cum omnibus pertinenciis et altinenciis et iuribus quibuscunque, atque prefatos LX et IIII manfos titulo proprietatis perpetuo possidenda. Ne igitur super hac voluntaria donacione nostra alicui dubium oriatur in posterum prefatis Abbati et conventui literas presentes dari iussimus sigillorum nostrorum appensionibus roboratas. Preterea huius rei testes sunt fideles nostri Fridericus de Eckstede, Albertus de Clepzik, Czuls et Ludolphus de Wedele fratres prenotati, Anselmus de Blankenburg, Hasso de Eylstede noster Aduocatus, Borchardus de Koxstede, Wernerus de Swanenberg milites et quam plures alii fide digni. Acta sunt haec in Falkenberg, Anno dominice incarnationis M^o. CC^o. LXXXVI. in die beati Blafii episcopi.

Aus Leopold von Ledebur's Allgem. Archiv IX, 376.

VI. Die Markgrafen Otto, Konrad, Heinrich, Johann und Otto bestätigen und dotiren das Kloster Retz, am 10. Oktober 1296, aus Kaiser Karls Bestätigung vom 16. August 1377.

Wir Carolus der vierte, von Gottes genaden Romischer Keyser, alle Zeit mehrer des Reichs vnd Königl zu Behemen etc., thun hiemitt kundt jedermenniglichen, das vnser Kayserliche Mayestat wegen der Gottseligen Abbatissin vnd gantzen gemein des Jungfern Closters zu Retz, Cistercienser Ordens, vnsern lieben andechtigen junckfern demutiglich ersucht, als haben vnser Kayserlichen Mayestat die privilegia vnd Brieffe, so von den durchleuchtigen vnsern lieben getrewen Marggraffen zu Brandenburg hochloblicher gedechtnus vber die gerichte, Besizung, Freyheiten, vnd dieselbige guetter auch vber genants ires Closters vorlehnet vnd gegeben vor vns, Vnser erben, vnseren Marggraffen von Brandenburg, approbiren, bekrestigen wollen. Welcher Privilegien vnd Brieffe, Lauts vnd inhalt des ersten Privilegien, also lautend: Im Nahmen der heyligen Dryfaltigkeit Amen. Wir Otto, Conradus, Heinricus, Johannes vnd Otto, von Cottes gnadenn Marggrafen zu Brandenburg vnd Landtsbergk. Nachdem aller furtrefflichen Fursten vnd herren löbliche Geschichte vnd thatte, so allen andern zu einem stettigen heill in dieser welt vorsetzt, durch vielfaltige Vorhindernus oft vordunckelt werden, Es sey denn, das dieselbigen mit gnugfamen zeugen vnd bewerten Schrifften festiglich vorwahret vnd Bekrestiget worden; derhalben sollen beide gegenwärtige Leutte vnd die nachkomen wissen, das wir durch hern heinricum, Probt des jungfern Closters doselbst (nachdem Wir dieselben Closterjungfern mit sonderlichen gnaden angesehen, vnd gegen sie voll vnd mit hochsten Vleis geneigt gewesen, von wegen viler mangel vnd Vngelegenheit, vornemblich der zweier Closterjungfern Cisterciens Ordens, welche zu vorn zum Gorden*), itzund aber zu Retz gefessen) zu Auslöschung der sünden vnser, vnser geborn (parentum?) vnd vnser selbst, gegeben vnd durch vnsern geschencke oke zu eigen gemacht, dem vorgenannten Probt, der Aebtissin vnd gantzen Convents vnd versamlung desselben Closters zu einem

*) Nach einem Abdruck in Buchholz Gesch. IV, S. 132 „Verden.“